


127607 -



389. L. 3. a.
2

ASSERTIONES
EX
PHYSICA GENERALI,
QUAS
IN AULA ACADEMICA ARCHIDUCALIS
GYMNASII LABACENSIS

EX
PRÆLECTIONIBUS
ANTONII AMBSCHELL,
AA. LL. AC PHIL. DOCT. NEC NON EJUSDEM
INCLIT. FACULT. IN UNIV. VIEN. MEMBR.
AC C. R. PHYS. PROF. P. O.

MENSE MARTII DIE ANNO MDCCLXXXIII.

PUBLICÆ PROPUGNABUNT

- J. D. JOANNES NEPOM. S. R. J. Comes a LICHTENBERG
Carniolus Labacenſis.
P. D. ANTONIUS de FRANKENFELD Carniol. Labacenſis.
P. D. BONAVENTURA ALOYSIUS HUML Carniol. Labac.
P. D. DOMINICUS CURTI Tergeſtinus.
P. D. GEORGIUS RASP Carniolus Raſchachenſis.
P. D. JOANNES BAPT. FANTON de BRUNN Carn. Labac.
P. D. JOANNES STEPHANTSCHITSCH Carniol. Neoforenſ.
P. D. JOSEPHUS WALLAND Carniol. Rathmonſtorffenſis.

LABACI,
LITERIS EGERIANIS.

127607

ASSERTIONES

EX

PHYSICA GENERALI

QUAS

IN AULA ACADEMICA ARCHIDUCALIS

GYMNASII TABACENSIS

EX

127607

030012542

MENSE MARTII DIE

ANNO MDCCCLXXXIII

PUBLICE PROLEGOMATA

J. D. JOHANNES NEPOM. S. R. A. C. L. LICHTENBERG

P. D. ANTONIUS DE FRANKENBERG
P. D. JOHANNES NEPOM. S. R. A. C. L. LICHTENBERG
P. D. JOHANNES NEPOM. S. R. A. C. L. LICHTENBERG
P. D. JOHANNES NEPOM. S. R. A. C. L. LICHTENBERG

17542/17542
P. D. JOHANNES NEPOM. S. R. A. C. L. LICHTENBERG
P. D. JOHANNES NEPOM. S. R. A. C. L. LICHTENBERG
P. D. JOHANNES NEPOM. S. R. A. C. L. LICHTENBERG
P. D. JOHANNES NEPOM. S. R. A. C. L. LICHTENBERG

LABACI
ESTERIS REGIANTIS



EX PHYSICA GENERALI Q U Æ S I T A.

Quid Physica? Quid phenomenon, experimentum, attentatio? Quas habet Physica leges speciales, quibus inititur? Quid per corpus intelligit Physica? Quid impenetrabilitas, extensio, divisibilitas, mobilitas, vis insita, attractio, repulsio, ac gravitas? Quid pori, & quotuplices? Quam rationem sequitur densitas corporum?

Quid centrum gravitatis in corpore? Quid planum æqualium distantiarum? Quæ centri gravitatis proprietates Mathematicæ, quæ Physicæ, & quomodo commonstrantur? Quid motus in genere, celeritas, directio, ac quantitas motus, & quam sequuntur rationem? Quotuplex est motus in genere spectato numero virium motum producentium, habita dein celeritatis, ac directionis ratione, quæ in singulis horum occurrunt specialia, & quomodo demonstrantur? Quali motu peragitur descensus gra-

vium liber, & super plano inclinato, & quæ in hoc de spatio, celeritate, & tempore occurrunt notanda ac quomodo ex motus uniformiter accelerati theoria deducuntur? Dato angulo conspirationis, & virium conspirantium magnitudine absoluta invenire vim compositam, & singulas componentes?

Quid vires centrales? Quam in circulo, & machina sequuntur rationem, & quomodo demonstrantur? Quid, si vi una æquabili, altera vero accelerante, vel retardante ad angulum conspirantibus agatur corpus, & angulus conspirationis sit acutus, obtusus, aut rectus, occurrit notandum, & quomodo ostenditur? Quid pendulum, & quotuplex? Quam rationem sequuntur tempora, & numeri oscillationum penduli in cycloide, & quam in circulo, & quæ harum demonstratio?

Quid pressio, & quam sequitur rationem? Quando sunt pressiones in æquilibrio? Quid statica, libra, statera? Quæ libræ partes, & quid ad bonitatem, quid ad commoditatem bilancis est necessariam? Qua ratione potest corporis pondus etiam ope bilancis dolosæ determinari? Quid mechanica? Quid machina, & quotuplex? Quid simplex, & composita? Quid vectis, axis in peritrochio, trochlea, cochlea, cuneus, & planum inclinatam? Quam potentia ad resistantiam in omni universim machina rationem dicere debet ad hoc, ut habeatur æquilibrio? In qualem rationem mutatur hæc universalis in singulis machinis simplicibus? Quæ ratio in compositis? Quæ formulæ pro celeritatibus in conflictu corporum tam molium, quam elasticorum?

ASSERTIONES.

I.

Atributa corporum alia cum nulla prorsus actione conjunguntur, ut soliditas, extensio, divisibilitas, ac mobilitas, a qua illa quoque corporum determinatio habetur, quam vim insitam nominamus.

II.

Alia cum actione conjuncta sunt, ut attractio, repulsio, a qua soliditas habetur, ac gravitas.

III.

Gravitas hæc attractio est in majoribus distantiiis agens, & per totum systema planetarium mutua est, ac universalis; in tellure quoque nostra continuo & æqualiter agens.

IV.

Vires attrahentes, & repellentes in minimis distantiiis alternant, donec in majoribus sola jam agat gravitas.

V.

Vicissitudines, mutationesque virium tam attrahentium quam repellentium recte per curvam Boschovichianam exhibentur.

VI.

Ipsa autem corporum cohæsiō a partibus in limitibus cohæsiōis constitutis repetenda videtur.

VII.

Limites isti in diversis corporibus diversæ amplitudinis arcus intercipiunt, diversique sunt roboris.

VIII.

Virium combinatio, quæ cohæſionem efficit, poros non inter elementa ſolum, ſed & inter ipſas corporum fibras intercedere arguit, quod experimenta quoque varia confirmant.

IX.

Attractionum differentia, qua partes fluidorum ad ſolida magis, quam ad ſe mutuo, humiditatem, qua vero ad ſe mutuo magis, quam ad ſolida trahuntur, ſiccitatem fluidorum efficit.

X.

Prior ex his attractionum differentia debita juncta pororum diſpoſitioni ſolutionum, præcipitationumque phœnomenis ſatisfacit.

XI.

Fermentatio calida colore, partiumque quarundam & ingreſſu, & egreſſu promovetur.

XII.

Elementa corporum ſtatuiſmus ſimplicia, & inextenſa, ac ſibi invicem omnino ſimillima, viribus tamen iis prædita, quas in corporibus obſervamus.

XIII.

Gravitas tam in ſyſtemate planetario, quam in tellure noſtra rationem reciprocam duplicatam diſtantiarum ſequitur.

XIV.

Per hanc labentium, projectorumque in tellure phœnomena; per hanc cum vi æquabili conſpirantem motus
pla-

planetarum tam primariorum ac solis circa centrum gravitatis commune, quam secundariorum circa suos primarios, & cum his circa centrum habetur.

XV.

Eadem lege Luna quoque nostra regitur, quæ in motu suo vertiginis circa axem, qui omnibus planetis ipsique soli inest, libratione afficitur.

XVI.

Tellus quoque nostra eadem lege & diurno, seu vertiginis, revolvitur, & annuo suo circa centrum gravitatis commune motu solis orbitam claudit.

XVII.

Phases planetarum a diverso eorundem respectu Solis, tellurisque situ dependent.

XVIII.

Eclipsis Solis per defectum luminis solaris umbra Lunæ in conjunctione positæ in tellurem inductum habetur. Lunæ autem est defectus luminis Lunæ plenæ umbra telluris genitus.

Phænomena æstus marini per conjunctas Solis, & Lunæ meridianum loci attingentium actiones efficiuntur.

XX.

Cometæ sunt corpora opaca, planetis analogæ, & mutuo a Sole lumine lucentia.



...etiam in ...
...etiam in ...
...etiam in ...

XV.

...etiam in ...
...etiam in ...

...etiam in ...
...etiam in ...

...etiam in ...
...etiam in ...

...etiam in ...
...etiam in ...

...etiam in ...
...etiam in ...

...etiam in ...
...etiam in ...



